



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Directorivm Inqvisitorvm F. Nicolai Eymerici Ordinis
Prædicatorum**

Nicolaus <Eymericus>

Venetiis, 1607

Innocentivs IIII.

urn:nbn:de:hbz:466:1-13589

pestis, iuxta officij nostri debitum, ex animo intendentes, volumus aduersus huiusmodi iniquitatis operarios, qui massam catholicæ puritatis fermento propriæ contagionis inficiunt, fideles ut consurgant, stenteque nobiscum pro euangelicis, quas professi sunt, legibus defendendis, salubribus adhortationibus incitari. Quo circa discretioni vestre per Apostolica scripta, districte præcipiendo mandamus, in remissionem vobis peccaminum iniungentes, quatenus in locis, vbi contra hereticos vobis Inquisitionis officium est commissum, curetis singuli opportuna instantia, contra eosdem hereticos, corumque fautores propone populus publice verbum crucis: & eos qui tacti zelo fidei, ad extirpationem prauitatem eandem, votum assumperint crucis charactere consignare. Ut autem vobis de prædicatione huiusmodi, & fidelibus, quicquidem crucis ob hoc votum assumperint, copiosa mercedis præmium afferatur: vobis & eisdem fidelibus illa indulgentiam, illudque priuilegium elargimur, quæ transfeuntibus in terra sancta subsidium, in generali Concilio conceduntur. Cum autem huiusmodi crucis verbum, per vos proponi contigerit, relaxandi omnibus vere penitentibus & confessis, qui ad audiendum verbum ipsum devote affuerint, quadraginta vel viginti dies de iniunctis penitentibus libera sit vobis & singulis vestrum de nostra concessione facultas. Quod si forte, quod non credimus, aliqua ciuitas, communitas, vel persona, cuiuscunq; conditionis, vel gradus, huic tam salubri negotio se opponere, seu illud præsumperit aliquatenus impeditre, vt per vos, vel per alios auctoritate nostra ad hoc deputatos, vel in posterum deputandos, libere procedi non valeat in eodem: immo si quicunque requisiuti illud fouere neglexerint, & iuxta officium, & posse suum studiose iuware; contra eos, tamquam defensores, & fautores hereticorum, sublatu appellationis obseculo, vos vel vestrum singuli auctoritate nostra intrepide procedatis. Contra quos, prout audacia ipsorum exegerit, Reges & Principes Christianos, necnon Crucifigatos pro terra sancta succursu curabimus innocare: eum non minus expediatis immo magis, fidem in locis prope positis, quam procul distantibus defensare. Porro, vt non solum Inquisitionis vobis super heretica prauitatem commissæ, sed & huiusmodi prædicatiois crucis officium in manibus vestris, congruis fauoribus adiuvetur, absoluendi iuxta formam ecclesiæ, omnes qui contra prauitatem hereticam assumpserint signum crucis ab interdicti suspensionis, & excommunicationis sententijs canonis, & præsentim ab illis, quas pro incédijs, vel effractionibus ecclesiærum, seu iniectione manuum violenta in personas ecclesiasticas incurrerunt; & alijs quoque sententijs, à nobis, vel auctoritate nostra generaliter promulgatis: nisi adeo gravis & enormis excessus fuerit personarum, quod ab his oporteat absolutionis beneficium per Sedem Apostolicæ obtineri. Necnon & ab illis sententijs, quas adhærendo & faciendo contra Ecclesiam, quondam Frederico, se cum pro Imperatore gerenti, seu Conrado nato eius, vel ipsorum fautoribus incurrerunt: Egilino de Romanis, Vberto Marchione Palatino, Marchionibus, Comitibus, Baronibus, Capitanis, Pœstib; Rectoribusque ciuitatum atque locorum, similibusq; personis, qui in Ecclesiæ, & personas Ecclesiasticas, saita exercuisse noscuntur, aut eorum bona nequiter occupasse, dumtaxat exceptus. Dummmodo assumpcio crucis signaculo, votum huiusmodi, qui absoluti fuerint, efficaciter prosequantur: & ipsi caueant, quod de cetero contra Ecclesiam nunquam erunt; & tam ab ipsis, quam ab alijs premisis, plena de damnis & iniurijs, propter quæ excommunicati noscuntur, satisfactio, vel satisfaciendi sufficiens securitas impendatur. Necnon & dispensandi eum clericis, super irregularitatibus, quæ celebrando diuina ligati sententijs canonis, contraxerunt. Commutandi quoque vota eorundem crucis signatorum, votuum, & votorum qualitate pensata: terræ sanctæ votis: alijsque perpetuis, quæ commutationis non admittunt remedium, dumtaxat exceptis. Concedendi quoque crucis signatis eidem, quod tempore generali interdicti, possint interesse diuinis officijs, & Ecclesiastica Sacra menta recipere, in locis in quibus eadem ex induro Sedis Apostolicæ celebrantur. Dummmodo si in premisis casibus, Ecclesiasticis tenentur ligati sententijs, prius absolutionis beneficium assequantur, vobis & singulis vestrum auctoritate præsentum, concedimus facultatem. Datum Anagnie xiiii. Kalen. Iulij. Pontificatus nostri Anno vndecimo.

INNOCENTIVS IIII.

Inquisitores compellere possunt magistratus seculares, ut obseruent leges Frederici Imperatoris in hereticos editas per censuram ecclesiasticam, appellatione remota.

Edita anno Do
mini 1255.

Ex Archivio
Inquisitio. Bo-
loniensis.

INNOCENTIVS Episcopus seruorum Dei, dilectis filiis fratribus ordinis Prædicatorum Inquisitoribus heretica prauitatis, in partibus Lombardie, Salutem & Apostolica benedictionem.

CVM aduersus hereticam prauitatem quondam Fredericus tum Romanorum Imperator, promulgauerit quasdam leges, per quas ne periuagetur, competi poterit pestis illa: nos eas volentes ad robur fidei, ac salutem fidelium obseruari, dilectis filiis potestatebus, consilijs, & communitatibus ciuitatum, aliorumque locorum Italiae nostris dedimus litteris in mandatis, ut ipsas quarum tenores sibi præfatis insertos litteris misimus, singuli faciant in suis capituloibus annostari, contra hereticos sectæ cuiuslibet, secundum eas ex-

Officio Sanctissime Inquisitionis.

19

A Etia diligentia processuti. Quocirca discriptioni vestra per Apostolica scripta mandamus, quatenus si praefati potestates, & alij ciuitatum, & locorum, in quibus vobis Inquisitionis officium, contra haereticos est commissum, mandatum super hoc Apostolicum neglexerint adimplere: vos, vel quiuis vestrum, eos ad id per excommunicationem in personas, & interdictum in terram, remoto appellationis obstatu compellatis: non obstante si aliquibus ab Apostolica sede sit indulatum, vel indulgeri contigerit, quod excommunicari, suspendi, vel interdicti non possint, vel eorum terra subiici Ecclesiastico interdicto. Dat. Anagnæ, Nonis Iulij. Pontificatus nostri Anno duodecimo.

ALEXANDER III.

Cum domus hereticorum destrui iubentur, idem intelligitur de turribus eiusdem malefactoris domui contiguis, si quo fuerint: materia vero dirutorum edificiorum diuiditur iuxta formam Innocentianæ constitutionis, incipien. Ad extirpanda. §. Teneatur insuper Potestas.

INNOCENTIVS Episcopus seruus seruorum Dei, dilectis filiis fratribus ordinis Prædicatorum, Inquisitoribus haereticæ prauitatis in prouincia Lombardia, Salutem & Apostolicam benedictionem.

C V M in constitutionibus nuper à nobis contra haereticos promulgatis, inter alia contineri dicitur expressè, vt domus in qua haereticus vel haeretica inuentus fuerit, ac ei contigua, si fuerint eiusdem domini, sive spe reparationis funditus destruantur, nostro petitis certificati responso, quid sit de turribus in casu huiusmodi obseruandum? Ad quod breviter respondemus, quod nostra intentionis exitit, & existit, vt in eo casu idem in turribus, & in domibus iudicium obsernetur. Ligamina vero, lapides, & regulas domorum & turrium, quæ taliter destruantur, eo modo distribui decer nimis, quo res alias ibidem inuentas diuidi mandauimus in constitutionibus antedictis. Datum Augu-

Edita anno Domini 1255.

Ex Archivio Inquisitionis Bononiensis.

ALEXANDER III.

Ut Inquisitores procedant contra haereticos, iuxta constitutiones Innocentij, reliquias statutis nibilo minus in haereticos editis in suo robore seruatis.

ALEXANDER Episcopus seruus seruorum Dei, dilecto filio Raynetio, ac alijs fratribus ordinis Prædicatorum, Inquisitoribus haereticæ prauitatis in Lombardia, Salutem, & Apostolicam benedictionem.

C V M auctoritate felicis recordationis Innocentij Papæ prædecessoris nostri, in Lombardia Inquisitionis officium contra haereticos fueritis hactenus executi, cum omnibus licitudine extirpare: discretioni vestra per Apostolica scripta mandamus, quatenus secundum Deo vobis datum prudentiam, auctoritatem nostram, in eiusdem Inquisitionis officio procedatis, iuxta ipsius prædecessoris directatum continentiam litterarum. Statutis contra haereticos editis, quæ idem prædecessor in capitularibus ciuitatum, & locorum Italiae annotanda, & seruanda mandauit: ac litteris ecclesiærum prælati, & alijs Lombardis, super negotio ipso directis, in suo robore duraturis. Datum Neapoli vij. Calen. Maij, Pontificatus nostri Anno primo.

Ex Archivio Inquisit. Bononiensis.

ALEXANDER III.

Ampliat & declarat nonnulla capita constitutionum Innocentij iij. contenta in bulla. Ad extirpanda.

ALEXANDER Episcopus seruus seruorum Dei, dilectis filiis fratribus ordinis Prædicatorum, Inquisitoribus haereticorum, in prouincia Lombardia, Salutem & Apostolicam benedictionem.

Edita anno Domini 1255.

C V M secundum tenorem constitutioni felicis recordationis Innocentij Papæ prædecessoris nostri, quas in capitularibus ciuitatum, & locorum Italiae annotari mandauit, continentur, quod quilibet potestas seu rector cuiuscunq; ciuitatis seu loci, infra tertium diem post introitum regiminis sui, duodecim viros probos & catholicos, & duos notarios, & duo feruiores, vel quotquot fuerint necessarii, instituere teneatur, quos diecclanus si præsens extiterit, & interesse voluerit, & duo fratres Prædicatores, & duo Minores, ad hoc à suis Prioribus, si conuetus ibi fuerint corundem ordinis deputati, duxerint eligendos, per quos inquitur haereticæ, & etiam capiantur. Teneatur insuper idem potestas, vel rector infra decem dies sui regiminis, syndicare præcedentem proximo potestate, vel rectorem, & eius etiam allefiores per tres viros catholicos, & fideles, electos ad hoc per diecclanum si fuerit præsens, & per fratres Prædicatores, & minores, de omnibus, quæ in constitutionibus præfatis, & legibus, quæ contra haereses.

Ex Directorio Sabelliano fol. 694.

B 2 ticos